

“Suus, -a, -um” AUT “eius” ?

Iūlius videt sacculum Dāvī. Iūlius videt sacculum eius (id est, Davī).

Iūlius dicit, “Tuus sacculus vacuus est! Tu es servus probus!”

Iūlius dicit, “Ubi est sacculus meus?”

Aemilia respondet: “Ecce! Hic est sacculus tuus,” et ponit sacculum eius
in mensā.

Iūlius sumit sacculum suum et dicit, “Quid? Estne sacculus meus
vacuus? Ubi sunt meī nummī?”

Aemilia ponit sacculum suum in mensā . “Ecce, sacculus meus est
plenus.” Etiam, sacculus eius plenus est.

Iūlius videt et sacculum suum, quī vacuus est, et sacculum eius, quī
plenus est. Iūlius interrogat Aemiliam, “Cur sacculus tuus plenus
et meus vacuus est?”

Aemila ridet et dicit, “Quia pecunia tua quoque est pecunia mea.”

Iūlius amat feminam suam.